Vnde ſumam quem interuortam: quo hanc celocem conferam.
Impetritum inauguratum eſt quouiſ admittunt aueſ
Picuſ et cornix eſt ab leua coruuſ porro ab dextera
Conſuadent. certum hercle ē uoſtram conſequi ſententiam
Sed quid hoc q picuſ ulmum tundit. haud temerarium ē
Certe hercle q̄tum ex augurio auſpicij intellego
Aut mihi ı̄mundo ſunt uirge aut atrienſi ſaureae
Sed quid illuc q exanimatus currit huc leonida
Metuo quod illic obſcenauit meae falſae fallaciae

LEONIDA. LIBANVS SERVI DVO

Vbi ego nunc libanum requiram aut familiarem filium
Vt ego illoſ lubentioreſ faciam q̄ lubentia eſt
Maxumam predam & triumphum eis affero aduentu meo
Quando mecum pariter potant pariterq: ſcortari ſolent
Hanc quidem quam nactus predam pariter cū illis partiam
Li Illic homo edeſ compilauit more ſi fecit ſuo
Ve illi qui tam indiligenter obſeruauit ianuam.
Le Aetate uelim ſeruire libanum q conueniam modo
Li Mea quidem hercle opera liber nunq̄ fieſ ociuſ
Le Etiam de tergo ducentaſ plagas prae gnatis dabo
Li Largitur peculium omne. in tergo theſaurum gerit
Le Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſe ſubterduxerit
Nunq̄ edepol quadrigiſ albis indipiſcet poſtea
Herum in obſidione linquet ē inimicum animos auxerit
Sed ſi mecum occaſionem opprimere hanc q obuenit ſtud&
Maxumas optumitas gaudio offertiſſimas
Suiſ heris ille una mecum pariet gnatoq: & p̄ri
Adeo ut etatem ambo ambobus nobiſ ſint obnoxij
Noſtro deuincti beneficio. Li uinctos neſcio quos ait
Non placet. metuo in comune nequam fraudem frauſus ſiet
Le Perij ego oppido niſi libanum inuenio iam ubi ē gentium
Li Illic homo ſocium ad malam rem querit quem adiungat ſibi
Non placet pro monſtro extemplo ē q̄do q ſudat tremit
Le Sed qd ego hic properans conceſſo pedib; lingua largior
Quin ego hanc iubeo tacere quae loquens lacerat diem
Li Aedepol hominem infelicem q patronam comprimat

Nam ſi qd.